



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXX. Der Rath der Altstadt Salzwedel bekundet, daß der Bürger Wedekin von Campe eine Rente von seinem Hause der Gewandschneidergilde verkauft hat, die diese zum Vortheil der Armen verwenden soll, am ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

bulle, Johannes Volpes cognomine, Alexander de Witinghe, Gifo Adelon, Godene Stefow, Henricus Dapifer.

Nach Lenz Br. Urk. S. 119.

XXX. Der Rath der Altstadt Salzwedel befundet, daß der Bürger Wedekin von Campe eine Rente von seinem Hause der Gewandschneidergilde verkauft hat, die diese zum Vortheil der Armen verwenden soll, am 23. Februar 1285.

Nos vniuersi Consules antique Ciuitatis saltwedele recognoscimus presentibus protestando, Quod wedekinus dictus de campe, noster conciuil, domum suam cum area, in qua domus sita est, fraternitati pannicidarum in saltwedele coram iudicio et in facie nostra libero arbitrio resignauit rationabiliter et expresse, Ita uidelicet, quod idem wedekinus et quicumque post ipsum domum antedictam possederit, dare tenebitur, fraternitati prehabite de iam dicta domo vnum talentum denariorum perpetuo singulis annis in die beati martini episcopi recipiendum. Si uero talentum predictum magistris fraternitatis prelibate in die beati martini de dicta domo non daretur, tunc eiusdem domus possessor proxima die sequente cedit de domo predicta, in eadem nichil amplius obtinendo. Ceterum magistri fraternitatis prenotate III^o solidos de predicto talento in usus pauperum conuertere tenebuntur, scilicet petrus de holdenstede, noster conciuil, qui talentum sepius nominatum amore dei comparauit, cum XVI solidis ordinabit et faciet, quod voluerit, temporibus uite sue; post suum uero decessum prenarrate fraternitatis magistri totum talentum pretaxatum in elemosynam erogandam pauperibus conuertent, prout ipsis magistris visum fuerit expedire. Ne igitur fiat obliuio de premissis, presens scriptum desuper editum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Consulium autem nomina, qui interfuerunt antedicto negotio, subscripta sunt, vt Thitmarus de vlfen, Henricus mechow, Cristianus miles, Conradus institor, Thidemannus de snege, Johannes georgii, Johannes benkendorp, hermannus graf, Nicolaus plume, Johannes luchow, hoierus de vlfen, wolterus sartor, Henricus de thuriz et henneke de mechow. Datum anno domini M^o CC^o LXXXV^o, in vigilia beati Mathie apostoli.

Nach dem Originale im Salz. Archive XIV, 4.

XXXI. Der Rath der Altstadt Salzwedel befundet den Verkauf von einem Pfund jährlicher Rente von einem Bürgerhause an die Gewandschneidergilde, am 27. April 1285.

Nos vniuersi Consules veteris ciuitatis saltwedele publice protestamur, Quod Johannes georgii et Johannes de luchow, magistri fraternitatis pannicidarum, emerunt iusto et rationabili modo erga Johannem cognomine wopac, cristiani pistoris filium, vnum talentum denariorum de domo sua ante castrum et de area, in qua dicta domus sita est, ad usus predictae